Premisliae in Conventu nostro Vigesima prima Maij Anno Do-
mini Millesimo sexcentesimo quadragesimo Nono. Frater Bo- 1289
naventura Wayssenric S.T.B. custos et Guardianus Conventus Premisl.
Frater Antonius Frysstonic S.T.B. praesidens et concionator Ordina-
rius Conventus Premisliensis et filius eiusdem Conventus Frater Franci-
scus Strosskowicz Prior Conventus et secretarius Frater Antonius
Okolski Frater Daniel Ruglewicz, Frater Valentinus Zaremba
Frater Casimirus Grzymalski Frater Florianus Zawtowicz Vi-
ce Chori et secus Iurati Conventus praefati. Locus sigilli conventus
post cuius quidem recognitionem seu submissionem in grossatione originalis
recensiti offerentibus extraditum est.

1289

Grabia Succamerio Premislien tenetur

Comparens personaliter coram Officio et Actis praesentibus Castrensibus Capitaneal.
Premisliensibus Generosus Ioannes Matthias Grabia sanus mente et corpore
existens a terris districtibus iuribus iurisdictionibusque suis quibusuis pro-
priis et competentibus recedendo praesenti vero Iurisdictioni Castrensi Capitaneali
Premisliensi quoad Actum modernum attinet se cum successoribus bonisque
suis generaliter omnibus totaliter ac plenarie incorporando subiciendoque
palam libere sponte ac per expressum recognovit Quia ipse Generoso Fran-
cisco Dubrawski Succamerario terrae Premisliensis eiusque posteris
summam sex millium florenorum Polonicalium cursus vero insti et legi-
timi debiti mutuatarum eiusdem ipsius [?] se recognoscentis pecuniis tenetur
atque debet quam quidem summam [illegible] idem recognoscens Generosus Gra-
bia se suosque successores in et super bonis suis generaliter omnibus summis
terris quibusuis habitis et habendis eidem Generoso Succamerario Pre-
misliensi eiusque posteris inscribit et obligat praesentibus hic et ab actis
praesentibus pro die et festo Conversionis Sancti Pauli Apostoli proxime
et immediate Venturo dare solvere et coram Officio Actisque praesentibus
Castrensibus Capitaneal. Premisliensibus realiter et in effectu reponere et [illegible]
repositamque et [illegible] rursum ab eodem Officio non [illegible]
tare aut alio quouis modo solutionem eiusdem summae impugnare

idque

Idq[ue] sub simili Vadio sex millium Florenorum Polonicalium per eundem
recognoscentem Gnosum Grabia sive supradictas memorato Gnoso Dobrowski
Succamerario Terrae Premisliensis aut ipsius successoribus in casu non solutionis sua
ipsius fata pro tempore et loco suprascripto ipsi totius quod opus fuerit
7050 ad solvendum succumbendum Pro quo quidem Vadio modo praemisso ad solvendum
1300 procedendo ac pro summa ipsa principali debiti non soluta solvendum Citatus
existens memoratus recognoscens Gnosus Grabia suis vel posteris ad
instantiam praedicti Gnosi Succamerarii creditoris sui vel ipsius succes-
sorum per Officium praesens Castrense Capitaneale Premisliense ex tunc recessu super
processo quoad respondendum spectat mediante sponte in primo Citationis
Termino tanquam peremptorio stare, iurare, respondere, Vadium
praefatum vere in servorum praesenti satisfacere omnesque iudicatis parere
debit et tenebit seque ac suos successores ad eadem omnia obligat eundemque
terminum primum peremptorium et alios omnes exinde consequentes causis
eiusdem Terminos semper peremptorios vera infirmitate pro maiori mi-
norennitate successorum legatione intra vel extra regnum servitio
militari ad munimenta, ad evictionem, vel alijs quibusvis dilationibus
et legalibus impedimentis non differendo ad quietationem ultra proximos ter-
minos Officij praefati Castrensis Premisliensis dillationem sibi non recipiendo
nullasque motiones appellationes ac earum prosequutionem faciendo ac promisse omnia
poenis simplicibus vel triplicatis evasionis suspensionis fatalijs iuris
Terrae tevorum bello conventionesque alijsque quibusvis iuris remedijs et defensis
non subterfugiendo nec quovis modo evadendo praesenti sua recognitione ad ipsa omnia
mediante

Idem & Korniakt Roborant

Comparentes personaliter coram Officio et Actis praesentibus Castrensibus Capitanealibus
Premisliensibus Gnosus Carolus Franciscus in Biatobok Korniakt ab una
et Joannes Matthias Grabia partibus ab altera sani mentibus et corpo-
ribus existentes a terris districtibus Iuribus Iurisdictionibusque suis qui-
busvis propriis et competentibus recedendo praesenti vero Iurisdictioni Castrensi
Capitaneali Premisliensi quoad Actum modernum attinet se cum successoribus
suis omnibus totaliter ac plenarie incorporando subijcien-
dosque pariter libere publice et personaliter recognoverunt et quibuslibet
illas